

S. P.

Filium meum Mauricium, viri clarissimi ac doctissimi  
 Leidam mitto, ut istic maiores in bonis literis faciat  
 progressus, & moribus ad me aliquando, ita Deo bene  
 uolente, redeat ornatior. Quoniam autem uestro partim  
 exemplo, & partim cura diligentiaq; uestra illud me consequi  
 posse spero, omittere non potui, quin meis ad uos literis illum  
 commendarem, a uobisq; peterem, ut quantum ad sum  
 bene informandum, cum bonis literis, tum praeclaris moribus  
 conferre potestis, tantum uelit impendere, quo is rebus  
 uestra opera instructus, quia sunt necessaria, aliquando  
 Reip. uniuersae inseruire possit magno totius Reipub.  
 praeserim hollandicae bono, & cum aliqua nominis dignitate.  
 Etsi autem non ignorabam quantum in me meosq; sitis  
 propensi, mei tamen esse officij putavi, id a uobis  
 efflagitare quod eratis mihi ultero concessuri. Quod  
 uero ex me saepius audiuistis, id uobis persuasum esse  
 cupio, Academiam uosq; ipsos mihi esse commendatissimos,  
 atq; id quidem uel ex eo intelligere potestis, quod istuc  
 hisce de causis filium meum miserim. A Deo peto  
 uiri clarissimi ac doctissimi, ut uobis, uniuersaq; academie  
 uelit benedicere. Valete xv July Vlissinghae, a<sup>o</sup>  
 M. V. Lxxxii.

Vobis amicitia singulari  
 addictus

Gualterus a Nassau

1502 July 15  
Lrao Princ. Auraria quib/  
Jhuo pnd Acad. Comendat  
R.

Paris: S Doctissimis  
Viris Rectori ac ceteris  
demice Leydensis  
fessorib.

1502.